DE DOTHIENENTERITIDE
ADJECTA MORBI HISTORIA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE XXV. M. OCTOBRIS A. MDCCCXXXIX
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

Davides Brühl
POSNANIENSIS.

Opponentibus
Z. PAULY, med. et chir. Dr., med. pract.
A. LOEWENSTEIN, med. et chir. Dr.
L. HEYMANN, med. et chir. Cand.

BEROLINI,
Typis Fratrum Schlesinger.

FRATRIBUS

OPTIMIS DILECTISSIMISQUE

REI LITTERARIAE BONISQUE ARTIBUS ADDICTIS

E. BRUEHL

NEC NON

G. BRUEHL

PROŒMIUM.

Pressus necessitate, et legibus academicis et sancto veterum mori satisfaciendi, ut summos in medicina ac chirurgia capessam honores, tardo pede et invito quasi animo ad conficiendum opusculum inaugurale me accinxi. Virorum sapientissimorum atque doctissimorum esse scimus, quae fuerunt et tamquam sepulta jacent, e tenebris protrahere, quae sunt, ab oblivione tueri et quae erunt divino ingenii acumine nobis revelare, ut doctrinae atque scientiae humanae pomoerium in dies proferatur. Quid autem faciat tiro, cui neque nomen neque auctoritas, nec eruditio sufficiens nec experientia; incidetne in Scyllam si vult vitare charybdin? nonne plus suscipiet negotii, quam sustinere valeant humeri, si, virorum sapientissimorum atque doctissimorum secuturus morem, in lucem aliquid edere gestiat, quod novum scituque dignum habeatur? Noli opinari L. B. ad talia me adspirare, nam quemadmodum viros eruditos operibus suis metimur, ita tirones tantum

studio in opus aliquod collato non ipso opere metiendo esse, persuasum habeo. Quibus reputatis, operae pretium me facturum putavi, si, ex proprio penu aliquid desumturus morbi casum singularem describam, quem Vratislaviae sub auspiciis Ill. Remer observavi et quum plurimum attentionis mereri mihi videretur, literis consignavi. At, ne nudum apponam casum, sed opusculum forma saltem literaria indutum exhibeam, morbum ipsum, ad quem casus ille referendus est, dothienenteritidem dico, succincte adumbrandum existimavi. Amplam fusamque ejusque descriptionem ea propter supervacuam arbitror, quod non solum viri eruditissimi commentationes egregias obtulerunt, sed etiam multi tirones dissertationes inaugurales, omnia ab illis tradita complectentes, in lucem ediderunt. Veniam ergo velim detis LL. BB., quod ea, quae enarrandae morbi historiae praemisi, magis analecta ad dothienenteridem, quam complectam et stricte systematicam ejus expositionem sistant.

§. 1.

Si in morbi, de quo hic agitur, nomen inquirimus, ne de hoc quidem scriptores consentire videmus. Brossais, qui omnes febres nervosas atque typhosas ex inflammatione tunicae mucosae tubi intestinalis proficisci contendebat, quam ulcera plerumque sequantur, gastro-enteritidem appellavit ejusque curationem theoriae suae consentaneam proposuit. Attamen ante Brossaeum jam fuerunt, quos natura hujus morbi non lateret, etenim febris illa, quam Richter gastricam venosam vocavit, cum gastro enteritidis indole conciliari posse videtur; neque minus postea Puchelt febris enterico-pituitosae nomen huic morbo indidit; alii febrem nervosam sympathicam nominaverunt, alii Schoenlein et Wentzke, typhum abdominalem. Plurimi nostrae aetatis pathologi nomine utuntur „Dothienenteritis," quod proposuit Bretoneau, veram morbi indolem cerni dicens in ulceribus intestinalibus, δοθιὴν enim modo furunculum significat, modo alium tumorem inflammatorium apostematodem, sive in abscessus degenerantem; notionem tamen aliquanto vagam fuisse, testis est Galenus (meth med L 1 cap. 2.), quippe qui „hoc nomen neque locum affectum repraesentare dicat, neque causam, quae ipsum efficit."

§. 2.

Decursum et symptomatologiam dothienenteritidis describentes medici varia designant stadia; qui processum tantum localem, nimirum tunicae intestinorum mucosae, affectionem, respiciunt, omissis prodromis, quibus stadii congestivi nomen nonnulli tribuunt, ut plurimum duo discernunt stadia; inflammationis et ulcerationis. Quod ad me attinet, sufficere puto divisionem in haec duo stadia, dummodo symptomatibus localibus universalia, imprimis nervosa, quae paulatim superveniunt, adjiciamus. Ignorare autem non oportet, exordia morbi levem tantummodo affectionis nervosae gradum exhibere, itaque criteria plura apparere, quibus banc febrem nervosam, sympathicam a nonnullis dictam, ab idiopathica dignoscere possimus. Principem locum inter haec criteria tenet febris ipsa, localem affectionem concomitans, quippe quae in dothienenteritide multo magis vascularis sit, quam in nervosa idiopathica, id quod praesertim pulsus argumentatur. Invenimus enim pulsum durum atque tensum, imo haud raro plenum et haecce ejus indoles, etiam in secundo stadio non plane deficit, ubi nervorum systema graviter jam laborat. Ut topicorum symptomatum mentionem faciam, imprimis ad ventris dolores obtusos atque prementes animum attendam, qui plerisque in casibus regionem ileo-coecam, rarius iliacam sinistram, vel umbilicalem tentant, pressione adaugentur et cum abdominis inflatione quadam consociantur. Alvus, quanquam hoc in stadio nonnunquam adstricta, saepius fusa aut ad diarrhoeam prona, materias foeculentas quidem, sed multo muco aut flocculis, aut filamentis albuminosis remixtas excernit; urina nihil proprii affert, si ab ejus copia minore et colore saturiore discedas. Cutis arida esse solet, rigida, aspera, a transpiratione

deo aliena, ut nullo pacto sudorem ciere possis, quod nonnulli Wolff) etiam peculiaribus dothienenteritidis criteriis adnume- ant, in febri nervosa idiopathica quandoque sudores sympto- aticos prorumpere dicentes. Ciborum appetentia atque dige- tionem haud mediocriter labefacturi debere, facile patet; aegroti ibos, inprimis siccos et animales fastidiunt, sitim autem con- ueruntur magnam et continuam; lingua, initio squalida, mox ubescit, arescit ejusque papillae exseruntur, praesertim ineunte iarrhoea. Facies initio saepe ruborem venosum genarum ex- ibet; vultus inquietem et anxietatem quandam indicat, somnus edit agrypniae deliria nocturna locum habent. Haec ex parte altem alia sunt in febri nervosa idiopathica; nominatim facies de a primordiis collabitur atque pallescit, lingua plerumque lbet, alvus obstructione laborat, sensorii functiones prius per- ertuntur. Certis limitibus hujus stadii decursus non circum- cribitur, nonnunquam enim per hebdomadem, et quod occurrit, ebris rheumatico gastricae formam imitatur.

§. 3.

Secundi stadii constantissimum symptoma, diarrhoea nimi- um, si antea non affuit, jam accedit, sin affuit, adaugetur; ex- reta liquida et foetidissima, colorem referunt fuscum, flocculis ucosis aut purulentis, imo punctulis sanguineis intermixta unt; accidit etiam ut merus reddatur sanguis, quae haemor- hagiae, quum vasorum diabrosi originem debeant, lethiferae sse solent. Venter meteorismo tumet ejusque dolores modo um tenent gradum, ut aegri adhibita pressione claros ejulatus dant, modo per sensorii stuporem ita hebescunt, ut abdominis ressionem nulla sequatur reactio, quare plerumque stuporis radum ex dolorum intensitate, si leviores excipias casus

metiri licet. Affectionis universalis habita ratione, adnotan
oportet, non semper justam intercedere proportionem inter sy
ptomatum gravitatem, quae esse videtur, et inter periculu
quod imminet aegrotis, nam omnium dolorum defectus, quaten
pendet a sensorii stupore, saepe funestior est dolore acerbi
simo, perniciosissima fere semper repentina diarrhoeae su
pressio. Febris, utpote vascularis, primitivum characteres
nondum exuit, pulsus ad crisin usque vel ad mortem, no
solum frequentissimi, verum etiam duri tensique observantu
Faciei mutationes jam accedunt, pallor enim et collapsus ejus
nec non turgoris vitalis per totum corpus diminutio, oriuntur
oculi languent et subsidunt, vultus decomponitur, somnus plan
deficit, aegroti, si gravior est morbus, die noctuque delirii
stupidis premuntur, quem statum nonnulli typhi abdominali
nomine denotant. Cutis adhuc arida apparet rigidaque, nis
sudores frigidi, viscidi mortem imminentem praenuntiunt. Mir
est linguae indoles, quippe quae, quum antea esset rubra
crustis obtegatur fuscis, aut nigricantibus, rimas plerumqu
agentibus; similes crustae circa os, dentes, nares colliguntu
Etsi stupor sensorii impedire solet, quominus aegroti bibend
desiderium indigitent, tamen potus oblatos avidissime arripiun
orique admovent. Lotium hoc in stadio multo minus, quan
in primo, certam atque specificam naturam ostendit: est eni
modo fusca et turbida, modo hypostatica, modo pallida, au
normali simillima; pessimi ominis habetur, quae normalen
aequat quoniam defectum omnium moliminum naturae criticoru
portendit. Superest, ut mentionem faciam symptomatis, quo
non semper quidem, sed, ut ipse vidi, multis in casibus animad
vertitur, singulatim in iis, quibus ingens sensorii stupor supe
venit: aegroti nimirum horizontales, manibus ad genitalia a
motis, recumbere solent, quod symptoma in aliis quoque mo
bis, praesertim cum gravi cerebelli affectione conjunctis, obse

'atur et sympathiam inter cerebellum partesque sexuales, quam ›hysiologi defendunt, non mediocriter confirmat.

§. 4.

Stadium secundum, quod descripsimus, interdum brevi tempore mortem infert, praecipue si haemorrhagiae intestinales argiores oriuntur, aut pulmonum paralysis, quae agrypniae con-;inuae originem debere dicitur; idem tamen, etsi magnus sen-;orii stupor exstat, non raro in longum protrahitur, donec aut vires penitus consumtae sunt, aut crises, vel quod crebrius evenit, lyses apparent. Crises, vel sudore universali, tepido, vaporoso, vel urina hypostatica, supra sedimentum clara, absol-vuntur; sunt etiam, qui haemorrhagias intestinales criticas sese observasse tradant. Multo tamen frequentius, uti jam adnotavi, prosper morbi exitus lysibus efficitur, dum omnia symptomata errentia paulatim, absque materiarum coctarum evacuationibus remittunt atque finiuntur. Sola criteria, quae morbi decremen-um contestentur et certam salutis spem praebeant, remissionem esse diarrhoeae et pulsum magnum mollemque, nonnulli con-endunt. Quamquam huic sententiae minime refragamur, tamen cutem mollem et humescentem, linguam puram humidamque, stuporis diminutionem vel discessionem, imprimis si venter simul subsidat ejusque dolores decrescant, laeti ominis esse udicamus. Convalescentia, quae hunc morbum sequitur, nun-quam non tarda ac diuturna est, et hoc etiam criterio dothie-nenteritis a febri nervosa idiopathica discrepat; qui enim ex hac febri convalescunt, post quartam, vel quintam hebdoma-dem, qui autem ex dothienenteritide vix post tertium mensem pristinum virium modum recuperant. Causa in eo esse vide-ur, quod dothienenteritis officinam digestionis, ergo universae

reproductionis, multo gravius offendit, quam febris nervo[sa]
idiopathica. —

In cadaveribus hominum hoc morbo exstinctorum prae[ter]
alias mutationes pathologicas ulcera illa tunicae intestinorum
mucosae reperiuntur, figuram ut plurimum ellipticam habent[ia],
quae etsi multa intestinorum loca tenere possunt, praecipu[e]
glandulis Peyerianis in ilei fine positis potiuntur, itaque cir[ca]
valvulam Bauhini numerosissima inveniuntur. Haec ulcera mu[l]tis pathologis tanti momenti visa sunt, ut in iis solis vera[m]
morbi naturam collocaverint, quod paulo infra exponam; h[ic]
addidisse sufficiat venas intestinales plerumque atro sanguin[e]
scatere. —

§. 5.

Quod ad morbi pathogeniam, primum dirimamus necess[e]
est, utrum dothienenteritis affectionibus nervosis, an inflamma[to]riis, si nimirum ejus primordia spectes adnumerandus si[t].
Priores pathologi, qui in febribus nervosis inflammationem e[t]
ulcerationem tubi intestinalis repererunt, fere omnes conse[n]serunt, febres illas nervosas cum topica ista affectione com[pli]cari morbumque primitivum esse nervosum. Partim aute[m]
Broussaii aliorumque observationes et argumentationes, parti[m]
ea, quae de febri nervosa idiopathica et sympathica (dothie[n]enteride) supra apposuimus, certo nobis persuadent, inflam[]mationem tunicae intestinorum mucosae primigeniam affectione[m]
ergo fontem exhibere, ex quo nervosa symptomata profluan[t].
Quae, quo facilius intelligantur, meditemur oportet, non mod[o]
unamquamque inflammationem, febri synocha primum stipata[m]
oblatis conditionibus in statum nervosum, quem vocamus poss[e]
converti, verum etiam illam tubi intestinalis inflammationem, qua[e]

n dothienenteritide locum habet, naturae esse asthenicae, sive, i alia voce uti mavis, venosae, itaque ad proferenda symptomata ervosa maxime opportunam. — Altera vero obtruditur quaestio: um ulcera illa intestinalia inflammationem tunicae mucosae difusam antecedant eamque efficiant, an pro exitu demum inflamnationis sint habenda? In utramque partem disputatur et argunenta proferri posse existimo, quae tam huic quam illi sententiae aveant. Bretoneau, Chomel, Lesser, ulcera tunicae cellulosae rius adesse perhibent, quae novis accedentibus causis morbiicis diffusam membranae mucosae inflammationem et cum hac ebrem gravissimam, decursu rapide insignem, inducant. Duae otissimum rationes probabilitatis aliquid huic sententiae conciiant: diarrhoea, quae plerumque a morbi exordiis animadvertitur t ulceribus intestinorum imputanda videtur, quoniam sola horum nflammatio magis obstipationem alvi secum fert; deinde longisimum refectionis stadium, nam ulcera non recens orta, sed diu am sustentata et protracta, ut sanentur, longiori tempore et uratione indigeant, necesse est. An medendi quoque methodus, ua multi recentiorum medicorum utuntur, ad vindicandam hancce heoriam aliquid faciat, ex infra dictis dirimere licebit. Altera utem parte argumentis haud destituimur, si inflammationem unicae mucosae antecedere ulceraque eam sequi contendimus: rimum enim ulcera ipsa oriri nequeunt, nisi praegresso inflamnatorio processu, deinde homines interdum robustissimi, egregia aletudine vigentes, quibus vix ulcera intestinalia adscripseris, othienenteritide subito tentantur; denique ipsa ulcerum sanatio nagis hanc secundam quam priorem opinionem tueri videtur. Non ignoramus enim, ulcera intestinorum chronica plerumque mnibus medicamentis reluctari tandemque phthisin intestinalem nducere, quoniam tela, cui insident, processu morboso diuturiori normalem perdidit organisationem subiitque degenerationes, uas resolvi oportet, priusquam de obtinendis cicatricibus cogi-

tare possimus. Quum experientia ergo doceat, ulcera dothi nenteritidem comitantia multis in casibus sanationem admitter causa praecipua fortasse in eo collocari potest, quod tuni intestinorum mucosa chronicae desorganisationis adhuc exp salutaria naturae conamina ad restituendam integritatem adjuva De causis disponentibus tantummodo adnotabo, homines or num inferiorum, qui pravo indulgent vitae generi, domicilii humidis et insalubribus utuntur, munditiem cutisque curam n gligunt, multo crebrius, quam superiorum ordinum homines, d thienenteritidi esse obnoxios.

§. 6.

Supersedebo latiori expositione variarum medendi metho dorum, quarum numerus haud exiguus est, quum singuli patho logi ad suam, quam de morbi natura fovent, sententiam acco modare curationem consueverint. Proinde alii nervina excitanti fortissima in usum vocant, alii apparatum antiphlogisticum a solum, aut nervinis remediis junctum adhiberi jubent, alii, Broussais, omissis venaesectionibus ingentem hirudinum nume rum repetitis vicibus ad abdomen applicant, imo alii (Köhler evacuantibus remediis internis, nominatim purgantibus, utuntur totum morbum pendere dicentes a materiis pathicis, in tubo in testinali secretis, quas eliminari oporteat. Nulla autem curand ratio nuperiori aevo medicorum attentionem magis excitavit, e tot tantasque inter eos controversias movit, quam ea, qua Calomelas, utut certissimum remedium, commendat et inprimis a Lessero, fortasse nimis audacter, administratur. Quum calome las potissimum in secundo inflammationis stadio, ad resolvendas earum reliquias, salutare esse experientia docuerit, in dothienen teritide etiam, ubi ulcera intestinalia exstant, laudandum videtur.

Praeberi solent doses largiores, gran V—X—XV imo duce Lessero XX, eo quidem consilio, ut calomelas integrum ad intestina perveniat contactumque immediatum cum ulcerum superficie ineat. Itaque hoc in casu non modo remedii antiphlogistici, diffusam tunicae mucosae inflammationem frangentis, loco fungitur, sed etiam remedii digestivi, quod ulcera p: rpurgat, secretum eorum corrigit, cicatrisationis processum adjuvat. Fortasse miraberis tantas calomelanis doses, quae alias ingentem diarrhoeam ciere solent ab aegrotis alvo cita jam laborantibus impune sustineri; at mediteris velim, diarrhoeam hoc in morbo pendere a maligno ulcerum secreto, intestina irritante motumque peristalticum eorum accelerante. Quae si ita se habent, remedium, quod ulcerum secretum corrigit et ad inducendas cicatrices aptius reddit, non augere, sed restringere diarrhoeam debet; et profecto experientia nobis persuadet, numerum alvi excretionum in multis casibus dato calomelane diminui. Abstinendum esse a calomelanis usu plerique medicorum asserunt: a) si primis ejus dosibus augeatur diarrhoea, b) si haemorrhagiae intestinales adsint, c) si aeger scorbutica humorum corruptela laboret. Quod ad secundam et tertiam contraindicationem, omnes consentiunt therapeutae, minime vero, quod ad primam; alii enim, ut Lesser, non interesse dicunt, si primis hydrargyri mur. mitis dosibus adaugeatur diarrhoea, alii, si hoc eveniat, opium calomelani addendum suadent. Effectus universalis ratione habita, calomelas pulsum mollem reddere, Lesser contendit; noli tamen hunc effectum specificum existimare, nam quodcunque remedium fracto processu inflammatorio resolutionis spem suppeditat, naturamque ad perficiendas crises promtiorem reddit, pulsui duritiem atque tensionem adimat necesse est. Ne autem tota aegroti salus calomelanis efficaciae committatur, praecipue si magnus sensorii stupor urget, nervina nonnulla excitantia cum eo conjungi, aut interponi possunt, quem in finem

praesertim ea eligantur, quae alvi excretiones aliquantum re-stringunt, ut radix arnicae serpentariae, camphora. Quam me-dendi rationem si ingredi conaris, inter remissiones, tempore antemeridiano, nervina, inter exacerbationes, tempore pomeri-diano et vespertino, unam duasve calomelanis doses exhibeas. Inter externa remedia, praeter sanguinis missiones epithemat capitis frigida aut superfusiones, nec non balnea tepida univer-salia, locum eximium sibi vindicant.

Quibus appositis, gradum faciam ad describendum morbi casum, quem Vratislaviae sub auspiciis Ill. Remer me obser-vasse, supra adnotavi.

MORBI HISTORIA.

Carolus Astel, faber ferrarius XIX annorum, robusto insignis corpore et, quod meminerat, semper bona usus vale-tudine, die decimo septimo mens. Januarii a MDXXXVIII plu-rimo madens sudore lectulum reliquit et ad labores solitos sese accinxit. Haud multo post magnis dorsi doloribus et tanta cephalalgia, inprimis occiput infestante, tentabatur, ut lectulum repetere cogeretur, quo facto horrorem exortum aestus et su-dor sequebantur. Altero die horror quidem non rediit, dorsi autem et occipitis dolores perstiterunt. Unde vicesimo ejus mens. die a nosocomio, cui Ill. Remer praeest, auxilium petiit posteroque die mihi traditus haec symptomata obtulit:

Pulsus admodum frequentes erant, subduri, satis pleni, facies rubra, lingua albo muco obducta et sicca, sapor aliena-tus, dorsi et occipitis dolores supra memorati, respiratio facilis at frequens, cutis humida, sitis ingens, ciborum appetentia prostrata, vox rauca. Quibus consideratis, aegrotum febri

synocha laborare existimabam. Causam disponentem collocandam censui partim in tempestate aspera hiberna, partim in robusta et succulenta corporis constitutione, occasionalem in refrigerio, quod ad nimios corporis labores accessisset. Prognosis dubia videbatur, quia metuendum erat, ne status oreretur nervosus, quem metum partim virium labes, partim alia symptomata sustinebant. Duabus medendi indicationibus satisfaciendum esse duxi: 1) ut febris ingens frangeretur 2) ut vehementes sanguinis congestiones ad caput arcerentur. Praescripsi igitur hanc formulam:

Rep. kali nitr. ʒjj
solve in
Aqua comm. ℥vj
Succi liquir ʒj
MDS. Singulis horis cochlear majus summatur.

Venaesectionem vires prostratae et status paene soporosus dissuaserunt. Ingruente vespera exacerbationem, ceterum fere omnia eadem, quae antea, reperi. Die XXI. Quum hora matutina septima aegrotum adiissem, pulsus inveni admodum frequentes, plenos, duros, dorsi dolores quidem decreverant, at cephalalgia, cui vertigo supervenerat, persistebat. Insequente nocte somno aeger destituebatur, alvum sexies exonerabat fere inscius, quamquam salia laxantia in usum vocata non erant. Vena hinc incisa, sanguinis uncias novem detraxi, quo facto ab horam decimam pulsus molliores, sed ad huc frequentes apparebant, neque minus cephalalgia levior evaserat, dorsi dolores cesserant, sapor erat normalis, ita ut aeger statum suum valetudinarium laudaret. Diarrhoeae causa radicem Ipecacuanhae kali nitrico adjunxi:

Rcp. Rad. Ipecac. ℈β
— Liquir. ʒjj
Inf. et dig. per ¼ hor.
Aqu. comm. s. q. ad Col. ℥vj.
in qua solv.
Kali nitr. ʒjβ
MDS. Bihorio cochlear majus.

Quum aestus horis vespertinis permagnus capitisque do
res acerbissimi essent, vesicam glacie impletam capiti impo
eoque modo multum levaminis aegroto paravi.

Die XXII. Per noctem aliquantulum aeger dormive
epithemata capitis frigida impediverant, quominus ejus dolo
reverterentur. Pulsus frequentes erant durique, lingua f
pura, sapor haud alienatus, at ciborum appetentia nulla; su
etiam per noctem proruperat, alvus quater materias liquid
aquosas reddiderat, urina parca densum offerebat sediment
Medicamenta continuabantur.

Die XXIII. Nox insomnis cesserat, abfuit tamen cep
halgia, lingua muco albido obtecta, pulsus frequentes ac d
alvus quinquies aquosas ediderat materias; cutis humida f
lotium sedimento crasso praeditum. Ut diarrhoea coerceret
seposito kali nitrico, quum vocis raucedo increvisse videre
tussisque gravior apparuisset, haec medicamina proposui.

Rcp. Radii Ipecac. ℈β
— Liquir. ʒjj
Inf. et dig. per ¼ hor.
Aqu. comm. s. q. ad col. ℥vj
adde
Aqu. amygdal. amar. ʒjj
MDS. Bihorio cochlear majus.

ad pedes sinapismata applicanda suasi.

Die XXIV. Heri exper Dr. Koehler hirudines medicinales No. x capiti admoverat, quo facto, elapsis aliquot horis, epistaxis modica apparebat. Tunc capitis dolores plane evanuerunt, attamen agrypnia perstitit, nec non pulsus febrilis; ingua pura erat, sapor normae consentaneus; sedes aquosae tres accesserant.

Die XXV. Aeger doloris ex toto fuit expers, somno autem nullo recreatus, alvum posuerat ter; pulsus frequentes et pleni deprehendebantur, lingua pura, sapor normalis, ciborum aliqua appetentia, vox rauca et tussicula, qua sputa difficilius ejiciebantur. Remedia mutata non sunt.

Die XXVI. Omnis abest dolor, perdurat autem agrypnia t propensio ad diarrhoeam, etenim sedes aquosae tres subecutae sunt; pulsus idem qui antea, lingua tegmento albido munita. Praescripta sunt haec :

Rep. Folior Digital. purp.
Radic. Ipecac. aa ℈β
Inf. et dig. per ¼ hor.
Aq. comm. q. s. ad col. ℥vj
adde
Mucilag Gummi arab. ℥β
MDS. Bihorio cochlear maj.

Die XXIII. Eadem conditio; alvi excretiones duae; ger iisdem utitur medicamentis.

Die XXVIII. Aegroti status aliquanto laetior videtur: lsus minus fortes sunt et frequentes, lingua prope modum ra, sapor naturalis; nox quidem insomnis, at interdiu aeger ures horas dormivit; tussis nondum abest, alvus ter secessit, creta colorem flavum ostenderunt; matutino tempore cutis nspiravit. Imperabatur haec formula:

Rcp. Folior Digital. purp.
Radic. Ipecac. aa ℈ß
— Liquir. ʒjj
Inf. et dig. per ¼ hor.
Aq. com. q. s. ad col. ℥v
cui adde
Ammon. muriat. ʒjj
Mucilag. Gumm. arab. ℥ß
MDS. Bihorio cochlear maj.

Die XXIX. Pulsuum frequentia et plenitas decreverun per noctem paululum tantum dormivit aeger, alvum reddi quater, lingua non alienata apparet. Diarrhoeae causa pulv rem Gummi Mimosae medicaminibus addendum judicavi.

Die XXX. Hoc etiam die aegroti valetudo laetior es videtur, pulsus non tam frequentes sunt, quam magni et ple noctu per aliquot horas aeger dormivit, lingua et sapor ni offerunt anomali, vocis tamen raucedo magna perstat; alvi e cretiones liquidae tres secutae sunt. Quum vasorum sang ferorum motus jam sit placatus, in Digitalis locum substi aquam Laurocerasi.

Die XXXI. Conditio fere eadem: pulsus quidem duriti et frequentiam ex parte amiserunt, minime autem plenitate viget etiam propensio ad diarrhoeam, alvus enim ter secess tussis adest vehementior, sputa tamen sine difficultate exc nuntur. Dedi aquam oxymuriaticam:

Rcp. Aqu. oxymuriat ℥j
— destill. ℥v
MD. in lagena charta nigra obtecta. S. Biho
cochlear maj.

M Februar die I. Melius aeger sese habere videtur, quamquam enim tussi molesta vexatus per noctem parum somni cepit, tamen pulsuum indolem prosperiorem existimo, quippe quos neque admodum frequentes, neque plenos et duros invenerim; ceterum una tantum alvi excretio locum habuit; lingua leviter est obtecta. Praebetur aqua oxymuriatica.

Die II. Tussis arcuit somnum, alvus semel tantum secessit, pulsus aliquam celeritatem offert. Quum pluribus jam ex diebus febriles exacerbationes non amplius animadvertissem, vespere aliquot guttulas tincturae opii crocatae et alternis vicibus aquam oxymuriaticam atque infusum radicis arnicae dedi; pectori vesicatorium imposui.

Rcp. Aqu. oxymuriat ℥j
— destill ℥v
MD. in lagena charta nigra obtecta S. Bihorio cochlear maj.

Rcp. Radic. Arnicae
— Liquir. aa ʒjj
Inf. et dig. per ¼ hor.
Aqu. comm. s. q. ad col. ℥v
MDS. Horis alternis cochlear maj.

Die III. Conditio aegroti in pejus abiit: vires maxime sunt prostratae, pulsus parvi et celeres, aliquanto minore tamen gradu, quam hesterno die. Somnus per noctem nullus, alvi excretio una, eaque aquosa, lingua muco flavido oblimata, tussis non diminuta. Quam ob rem infuso radicis arnicae supra memoratae additus est moschus:

Rcp. Moschi opt. gr. vjjj
Sacchari alb. ʒjj

M. F. Pulv. div. in part. aequal. No. jv
D. in charta cerata. S. Ternis horis tal. sum
pulvis.

Infusi arnicae dosin eatenus adauxi, ut singulis horis cochlear majus exhiberi jusserim.

Die IV. Sub horam pomeridianam primam hesterni die aegrotus, ut famula retulit, magno tentabatur aestu. Quum circ horam sextam ipse ad ejus lectulum accessissem, faciem inve rubram, oculos splendentes, pulsus admodum frequentes plenos, at comprossu non difficiles. Ad derivandas sanguin ad caput congestiones, epithemata frigida ad caput, sinapisma ad suras applicari jussi, horaque decima guttas v tinctur opii cuocatae dedi. Noctu per aliquot horas aeger dormiv alvum reddidit bis, eamque largam et aquosam; lingua ar scebat.

Die V. Circa horam duodecimam frigus magnum aegro supervenit, nec non tussis vehemens, qua sputa sanguinolen ejiciebantur; subsecutus est aestus cum siti modica, calo gradui haud consentanea. Exper. Dr. Koehler vesicato ad pectus applicato alterum addidit cervici imponendum. H pomeridiana sexta, quum adiissem aegrotum, exacerbation adhuc vigentem inveni, faciem nempe rubentem, pulsus modum frequentes, plenos, non duros, linguam humidam. H vespertina decima pulverem cum moscho aeger sumsit, horaq undecima, quum congestiones sanguinis ad caput aliquant remisissent Exper. Dr. Koehler tincturae opii crocatae gut tres dedit. Noctu paululum aegrotus dormivit, deliriis tan taciturnis agitatus, alvum quater exoneravit, aquosam quid sed parcam, imo semel inscio alvus secessit, tum conscien rediit. Altero mane pulsus rariores et parvi reperiebantur, gua fusca arescens, virium labes permagna. Praescripta sunt h

Rep. Moschi opt. gr. vjjj
Sacchar. alb. ℈jj
M. F. Pulv. (D. in chart. cerata) divide in p. aequ. No. IV
S. Ternis horis 1. sum. pulv.

Rep. Rad. Serpentar. virg.
— Arnic aa ℈jj
Inf. et dig. per ¼ hor.
Aqu. comm. q. s. ad col. ℥v
cui adde
Mucilag Gummi arab. ℥j
MDS. Bihorio cochl. maj. interponatur Moschi dosibus.

Die VI. Paulo melius aeger sese habebat: hora sexta, uum accessissem, exacerbationem inveni leviorem, facies minus ubebat et pulsus non eandem frequentiam, quam antea offere-ant. Quamquam opii dosis erat omissa, tamen per noctem liquantum aeger dormivit, plurimo autem tempore blande deli-avit; alvum quater edidit, lingua muco-flavido fuit obducta; puta cruenta etiamnum sine majore difficultate ejiciebantur.

Die VII. Conditio talis, quae fausta appellari nequeat.)uanquam heri exacerbatio vespertina mediocris fuerat et nterrogatus aeger sana mente semper responderat, tamen noctu nultum delirabat et interdum mentis impos erat. Alvus liquida exies secessit, venter tensus erat, inflatus, hic illic maculis ubicundis obsitus, pulsus celeres, pleni, duriusculi, lingua umida, sed fusco flavescens; altero mane guttulae aliquot san-uinis naribus effluxerunt.

Die VIII. Eadem conditio infausta: somnus nullus, de-ria tam vehementia ut aegrum vinciri oporteret: alvus liquida

quinquies secessit, pulsus frequentes sunt et durinsculi. ling
humida, abdomen inflatum et tensum, dolores regionis epi
stricae tactu graviore excitantur. Quum haud alienum a
esse videretur, Calomelanis usus tentari placuit, et haec pr
scripsi:

Rep. Hydrargyr. mur. mit.
Sacch. alb. aa ℈ij
M. F. Pulv. div. in p. aequ No: IV
DS. Mane et vespere sumat pulv. j

Interposui autem infusum radicis arnicae et serpentariae c
mucilagine gummi arabici.

Die IX. Aeger aliquam redintegrandae valetudinis sp
offert. Calomelanis usu nimirum diarrhoea non est adauc
somnus per aliquot noctis horas placidissimus accessit, deli
leviora taciturna. Pulsus frequentes adhuc exstant, sed m
jores, lingua humida, venter mollior, et si digitis pres
regio epigastrica etiamtum dolet, maculae abdominis
brae nullius esse videntur momenti. Medicamenta eadem c
tinuantur.

Die X. Status aegroti laetior evadere coepit, nocte en
praeterita nullis turbatus deliriis aeger bene conquievit ment
que compos exacte respondet; pulsus minus sunt frequent
magni, duriusculi, alvus ter materias fusci coloris edidit, ab
men molle est, sed aliquanto dolorificum, praesertim in regione e
gastrica, lingua humida, tussis valde imminuta. Post sum
medicamina vomuit aeger, nauseam tamen non accusat.

Die XI. Nox placidissime cessit, sine ullis quidem
liriis, subsecutae sunt sedes duae, aquosae et coloris flav
centis; pulsus rariores inveniuntur, pleniores, sed intermittent
tussis mediocris, sputa tenacia, sanguine haud remixta; me
non amplius turbatur.

Die XII. In dies laetior evadit aegroti conditio: per octem somno fructus est placido absque omnibus deliriis, lvus bis reddidit materias subliquidas, lingua humida, albido egmento oblita apparet, pulsus inaequales, intermittentes, tusis exigua, sputo pauca sanguine tincta. Seposito calomelane, odo infusum radicis arnicae et serpentariae exhibui.

Die XIII. Omnia bene cedunt: somnus placidus et mulus, dolores abdominis sublati, tussis levissima, sedes tres, ubliquidae, viridis coloris; ciborum appetentia redintegratur. ledicamina non mutata.

Die XIV. Nulla valetudinis mutatio.

Die XV. Pulsus fere ad normam redierunt, ventris dolores deficiunt, alvus soluta non est, reliqua eadem ac superioribus diebus. Praescripsi haec:

Rcp. Radii Senegae
— Liquir. aa ʒjj
Inf. et dig. per ¼ hor.
Aqu. comm. q. s. ad col. ʒjj
MDS. Bihorio cochl. maj.

Die XVI. Salus aegroti ab omni parte firmatur, bene ormit, modo tussicula interdum vexatur, alvus magnam copiam ateriarum putacearum semel edidit, pulsus vix recedit a norma, ires reficiuntur, ciborum desiderium rediit.

Die XVII. Alvus spissa excrementa semel reddidit, lingua aululum obtecta est, reliqua normae fere consentanea; aeger arnes poposcit, sed nondum obtinuit.

Die XVIII. Quum conditio sit faustissima, ad vires cerius instaurandas calami aromat. radicem cum Senega conmxi et vini gallici pauxillum dedi.

Rcp. Radic Senegae
— Calami arom. aa ℨjj
Inf. et dig. per ¼ hor.
Aqu. comm. ferv. q. s. ad Col. ℥vj
adde
Syrup. comm. ℨjjj
MDS. Bihorio cochl. maj.

Die XIX et XX. Quum omnia bene constituta sint, r
media dicta continuantur, praeterea caro, vinum et cerevis
exhibentur.

Die XXI. Functiones omnes ad normam respondent, mo
lingua paululum ab albido muco obtecta apparet.

Die XXII. Etsi tussis fere cessit, tamen sputa parca sa
guine aliquo remixta sunt, lingua flavescente muco oblita, cet
rum vires adeo increverunt, ut sine majore molestia aeger a
bulare queat. Medicamenta seposui.

Die XXIII. Nihil mutationis inveni, quam pulsuum aliqua
frequentiam et plenitatem, quare vinum quoque et cerevisia n
offeruntur.

Die XXIV. Sputa sanguinis aliquid continent, pulsuu
autem frequentia et plenitas decreverunt; lingua purior es
reliqua laudabilia. Praescripsi acidum sulphuricum:

Rcp. Acid. sulphur dilut. ℨj
Decoct. Alth. (ex ℨjj) ℥v
Syrup commun. ℥j
MD. Singulis horis cochl. maj.

Die XXV. Sputa sanguine libera, pulsus paene normale
lingua multo purior.

Die XXVI. Omnes functiones normales, sputa non ampliu
sanguine inquinata. Hunc in modum convalescentia aegro

ptime processit, quam ob rem, quum ciborum appetentia in lies augeretur, nutrimenta idonea, imprimis animalia, nec non inum et cerevisia iterum exhibebantur aegroto, cujus valetudo sque ad nonum mens. Martii diem in integrum erat restituta.

Morbi casus, quem enarravi saluberrimum Calomelanis sum in dothienenteritide probat. Quanquam enim hic mor-us initio synochae speciem et formam imitabatur, tamen vix ubitare licet, postea inflammationem tunicae intestinorum mu-osae atque ulcerationem accessisse. Supra jam adnotavimus, othienenteritidem haud raro alias excipere febres, imprimis heumaticas, id quod nostro in casu eo facilius fieri potuit, uoniam princeps febris synochae causa in refrigerio ponenda, rgo rheumaticae indolis erat. Ceterum virium labes, quae a orbi primordiis observabatur, febris indolem jam tum ad stheniam pronam fuisse, testatur. Postea diarrhoea inexpug-abilis, ventris inflatio, dolores abdominis tactu excrientes, lin-ua, sensorii affectio et ingens virium prostratio, dothienenteri-dem adfuisse, extra omnem dubitationis aleam ponunt. Imo emedia diu adhibita, quae alias alvum reprimere solent, nostro utem in casu nihil valuerunt, novum huic sententiae argumen-um suppeditant simulque nobis persuadent, solum Calomelas l diarrhoeam coarcendam esse idoneam. Quod autem attinet issim ingentem atque sputa primum tenacia, deinde sanguino-nta, mirari noli, nam indubitatae observationes docuerunt, tam ronchiorum quam ipsorum pulmonum affectiones inflammatorias el primordia dothienenteritidis comitari, vel postea ei super-enire, et generatim plurimis cum morbis hanc posse complicari.

VITA.

Equidem Davides Brühl fidei mosaicae addictus Lesn magni ducatus Posnaniensis oppido, natus sum die XIX Dece anno h. s. nono, patre optimo, quem eheu! ex tribus an praematura morte mihi ereptum lugeo, matre dilectissima e ge Bergmann, quam hucusque Deus o. M. benigne mihi serva Aetatis decimo sexto anno gymnasium in urbe patria Direct tunc Stoephasio florens adii. Rebus vero familiaribus prim hujus scholae classem relinquere coactus, post annum Vra laviam profectus et in gymnasio catholico, Mathiae dicto, Directore Ill. Elvenich testimonium maturitatis nactus, a h. s. trigesimo tertio almam universitatem Viadrinam petii, ab Ill. Schneider, fasces Academicos tunc tenente, inter vium academicorum numerum receptus apud Ill. Benedict t gratiosi medicorum ordinis decanum spectabilem nomen rite p fessus sum.

Ex hoc inde tempore his praelectionibus interfui:

Ill. Benedict de chirurgia generali et speciali, de ophth miatrice. Idem fascias et instrumenta chirurgica rite applica atque operationes in cadaveribus instituendas mihi exposuit.

Ill. Betschler de arte obstetricia theoretica et pract

Ill. Fischer de chemia theoretica, practica, pharmac tica; de reagentibus.

Ill. Glocker de mineralogia generali ac speciali.

Cel. Goeppert botanicen generalem, materiam medic et artem formulas medicas concinnandi me docuit. Eund in excursionibus botanicis comitatus sum.

Ill. Gravenhorst de zoologia.
Ill. Thilo de logice.
Ill. Elvenich de psychologia.
Ill. Henschel de encyclopaedia medica, de pathologia nerali, de semiotice et de historia medica.
Ill. Pohl de physices hodiernae systemate. Idem vir de ore et luce disseruit.
Ill. Otto de tota corporis humani anatome, de anatome mparata ac pathologica, de historia foetus, de osteologia.
Ill. Purkinje de physiologia theoretica et experimentali.
Ill. Remer de therapia generali ac speciali febrium.
Ill. Wendt de cachexiis, de infantum morbis.
Cel. Remer de syphilide audivi.
Exper. Burchard, repetitorium doctrinae obstetriciae quentavi.
In exercitationibus anatomico practicis Ill. Otto.
In exercitationibus chirurgico-clinicis Ill. Benedict.
In exercitationibus medico clinicis Ill. Remer.
In exercitationibus obstetricio clinicis Ill. Betschler.
Praeterea Expp. Dr. Burchard, Dr. Koehler, Dr. hoenborn exercitationibus medico practicis me adjuverunt.
Mense octobri 1838 Berolinum petii et in hac universitate eberrima, cujus civibus me adscripsit Rector Ill. Boeckh in medicam facultatem Decanus Ill. Wagner me accepit, bis rfui clinico medico Cel. Wolff, clinico chirurgico Ill. Rust, thalmiatrico Ill. Juengken.
Quibus omnibus viris Ill. Cel. Exp. summos in medicina et urgia honores, tentaminibus philosophico et medico, nec examine rigoroso, coram Ordine Medicorum Gratioso suatis adepturus quas habeo maximas gratias palam ago semque agam.

THESES.

1. Quodlibet organum eo facilius saepiusque aegrotare de
   a. Quo majora sunt munera, quibus fungitur.
   b. Quo complicatior est ejus structura.
2. Febris certorum potius morborum umbra, quam ipse
   bus est.
3. Spasmus non est morbus, sed morbi symptoma.
4. Vomitoria non solum evacuatione, sed etiam affect
   nervos agunt.
5. Medicamina prophylaxis causa adhibita nocent.